docunque voluerit transferendi et transportandi quo transportata tanti vale-
bit acsi ipsismet regestris transportata foret. Hac sua praesenti inscriptione ad
praemissa omnia mediante.

## Zurowski et Krainski Roborant.

Comparentes personaliter coram officio actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Joannes Zurowski suo et Nobilis Hedwigis consortis suae nomine pro cuius ratihabitione cavet et se praesentibus sub vadio infrascripto inscribit ab una et Samuel Krainski suo et Nobilis Annae consortis suae pro cuius itidem ratihabitione cavet et se praesentibus inscribit nominibus sani mentibus et corporibus existentes a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedentes se vero cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus iurisdictioni officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis quoad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporantes et subiicientes palam libere publice ac perexpresse recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis una pars alteri cum successoribus utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus intercisam certam inter se recognoscentes et praefatas consortes suas occasione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et data hic Premisliis die hodierna in actu contenta confectam manibus eorundem recognoscentium suis et consortum suarum subscriptam et sigillatam vadioque sexcentorum florenorum polonicorum firmatam in omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentisque et nexibus generaliter universis tam in toto quam in parte firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque illius contentis totiens quotiens opus fuerit satisfacere praefatamque intercisam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam divisim in toto referendo. Idque sub vadio similis summae sexcentorum florenorum polonicorum per partem parti cum successoribus utriusque partis ob non completionem contentorum intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbentes. Caeterum praenominatae partes utraeque regestris sibi mutuo et invicem una pars alteri cum posteris utriusque partis dat et concedit plenariam et omnimodam facultatem absolutamque potestatem inscriptionem praesentem roborandam ex his Actis Castrensibus authentice depromptam per ab altera parte

ad Acta



ad Acta Terrestria Sanocensia suo et alterius partis ac successorum utriusque nomine quandocunque voluerit transferendi et transportandi quo transportata tanti valebit acsi per partes utrasque invicem transportata foret. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbit et quo si aliqua puncti ex praemissis non completa complendaque praemissa citata ex nunc pars una praemissa non tenens velutique posteris ad instantiam partis alterius praemissa tenentis vel illius successorum ad officium Castrense Capitaneale Sanocense exhinc recessione suprascripta quo ad se-ndum spectat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare iuri parere rendere inscriptioni huic satisfacere accomne iudicati pati debebit et teneri se ac suos successores ad eaque omnia obligat cuncque terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem termini semper peremptores vera in [illegible] pro maiori minorennis successorum legione intra vel extra Regnum [illegible] militari [illegible] ad [illegible] de aliis quibuscumque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo adequitationes [illegible] proxime termini officii praefati Castrensis Sanocensis dilationem sibi non recipiens nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciens ac praemissa omnia paribus simplicibus vel tricatis [illegible] exceptionibus suspensionibus fatalibus iuris praesertim Terrestri bello conventionique et aliorum [illegible] iuris remediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

## Domoracki Capitaneo loci praesentis cedit

Comparens personaliter coram officio Castri praesenti Nobilis Albertus Alexander Predwoiowski de Przedwojewo [illegible] Terrae Premisliensis in locum Illustris et Magnifici Martini in Krasiczyn Krasicki Castellani Podoliae Premisliensis Capitanei subdelegatus hoc omnique subdelegationis iure et bona sua ultro et benevole assumens praedeclaratis actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Stanislaus Domaracki de Domaradzice sanus mente et corpore existens a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam libere publice